

Anno MCXVII. Multa inusitata et stupenda hoc anno visa sunt contigisse, maxime in Italia. Nam terraemotus¹⁴ vehemens per totum orbem factum est III. Nonis Ianuarii in matutino, crepusculo similiter et in vespertino. Qui terraemotus vehementius in Italia ortus non solum monasteria, turresⁱ, aedificia ad solum complanavit, sed etiam urbes prostravit. Diversis locis in diversis temporibus terra compaginibus ruptis in profundum sinum patuit ; stantes civitates atque viventes homines recedentes soli hiatus absorbuit. Sed et alia perplura hoc anno cladibus insignissimo acciderunt, quae, sicut visu et auditu insolita, sic dicta vel scripta, vix creduntur facta.

Anno MCVIII. Paschalis papa annis XVIII mensibus V sacerdotio administrato vita decessit.

Anno MCVIII. Gelasius papa, qui et Ioannes, migravit, cui Calistus subrogatur.

Anno MCXX.

Anno MCXXI.

Anno MCXXII.

Anno MCXXIII.

Anno MCXXIII.

Anno MCXXV. Lotharius imperator efficitur.

i) turres *Emendationsversuch für triu (mit Verbesserungsansätzen) D.*

14) Verkürzte Rezeption: Flores temporum (MGH SS 24) S. 238,35-37.